

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae  
& politicae**

**Goclenius, Rudolph**

**Marpurgi Cattorum, 1601**

CXVII. An sit semper conjunctum cum injustitia: exigere de aliquo paenam  
alieni criminis?

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](#)

510 QUESTIONS

xit veterum: Duo sunt tibi necessaria, Conscientia & Fama. Conscientia propter te: Fama propter proximum. Qui conscientiae suae confidens, famam negligit, crudelis est.

*Qui famam neglectui habet, crudelis habetur,  
Tantum sua confitit conscientia.*

CXVII.

*An sit semper conjunctum cum injustitia: exigere de aliquo paenam alieni crimini?*

Negatur.

T A N T A nonnunquam sceleris admissa est gravitas, enormitas & execratio, ut non sit absurdum & iniquum exigi ejus paenam ab eo, in quod scelus istud non cadit. Si quis cum jumento (quod ratione destitutum est) coeat, non solum qui hoc facinus detestandum perpetravit, sed ipsum quoque jumentum igni traditur: Levit. 20. Iohuæ 7. non solum Achan punitur, sed & liberi & boves ejus igni subjiciuntur. Genes. 3. Deus serpenti, qui ut instrumento abusus est Satan ad hominem in peccatum deimerendum & perdendum, paenam infligit execrationis. Sic pater gladium, quo filius occisus est, execrationi habet. Sicut enim recte amatitur & in honore habetur felicitatis alicujus organa, cui cuimodo illa sint: ita recte exitii instrumenta, quæcumque illa sint, una cum authore, id est, principe agente